



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CLXXXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63232](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63232)

## REGULA CLXXXIII.

1 Salarium ubi debetur pro mercede laboris, tunc in fine debetur. l. diem functo. ff. de officio assessor & ibi Bal. Paul. de Castr. & Alex. sed nota quod salarium iudicibus ordinariis de iure non debetur. ut in §. cogitatio col. 2. auct. ut iudic. sine quoquo suffragio. & minus de iure ca no. ibi estote contenti stipendiis v. ut 76. distin. c. non satisf. & stipendia iis constituta sunt. ut gratis iustitia litigantibus ministretur, nec sit uenalis. ut c. cum non ab omni de uita, & ho. cler. & 2. q. 3. c. non licet. lex enim dicit praesides gentium, qui civilem administrationem habent, puris debent uti manibus, & ab omni abstinere acceptatione contentis. ijs quae a fisco dantur. Ita Anch. consi. 201. praemittendum, & consi. 218. iuxta ordinem nu. 1.

1 Amplia. hoc idem in salario medici, ut tenet Bal. in l. unica, in uersu. consequantur. C. de suffragiis, in 8. q. & ibi glo. ubi dicitur, qd medicus debet habere salarium ab infirmo, cum sanus fuerit factus. Idem Bar. in l. i. §. diuus. nu. 16. ff. de uar. & extraord. cognit. & est tex. in l. archiatru. C. de professo. & medic. l. 10. & ibi Bar. Felin. in c. presbyterum num. 4. de homicid. Ias. §. Triph. nu. 56. de act. instit.

1 Amplia. hoc idem in aduocato. ut in l. diem functo ff. de officio assesso. ubi debet habere salarium sui laboris in fine causae. & ibi Ias. nu. 11. & nu. 36. & l. quisquis. C. de postul. & ita cauetur statuto Taruisino sub rubrica de aduocatis sub tract. quinto prouis. Ducal. cap. 3. qd not.

3 Amplia. itidem in salario iudicum & assessorum d. Rectorum. Ias. attestatur in d. l. diem functo nu. 36. Deci. in consi. 70. nu. 2. Guid. papa q. 112. Bologn. in consi. 71. Laur. Syluan. in consi. 28. nu. 17. 18. & 20. glo. not. in d. §. diuus. in uersu. repeti in magna glo. quam omnino not.

1 Fallit tamen de consuetudine, usque ad haec tempora obseruatissima, quia salarium iudicibus ordinariis debetur, pro ut attestantur omnes doct. relati, per Anch. in

d. confi. 201. & in d. 5. cogitatio. & ibi Ange. & doct. mo-  
der. q. not.

2 Fallit etiam quando ex forma statuti, aut legis statu-  
tur, salarium iudicibus, pro ut in hac ciuitate Venet.  
parte 1377. 18. Augusti in Rogat. & 1452. die 2. Sep-  
M. confi. & incisis sententiis tenentur portare iudicio  
fra mensem & presentare se d. Audit. & portare capitale  
& expensas, aliter 5. q. not.

3 Fallit in multiplici salario operariis soluendo, quod  
utique non secundum maioritatem, uel minoritatem, sed  
secundum mediocritatem exsoluendum erit, licet lo. An-  
dre. in mercur. in regula in obscuris teneat spectandum  
esse id quod minimum est, secundum Gui. papa q. 52. ego  
uero ad mediocritatem rem & salarium esse reducendum  
censeo per glo. in l. nensenius. ff. de neg. gest. ubi me-  
uia est eligenda more rusticorum. Boe. q. 129. nu. 22.

### REGULA CLXXXIII.

1 Sanguis interfecti profluens ante oculos inculpato-  
rit inditium ad quaestionem & ad torturam. ut Boer. mo-  
166. nu. 1. 2. & 3. ut Hypp. Marf. in confi. 24. nu. 2. confi. 3.  
3. confi. 91. nu. 4. & confi. 100. nu. 4. uol. 2. Par. de Puchat  
tract. find. in uersi. tortura. d. c. mandauit rex. col. ult. uer-  
si occisus exhibeatur, & hoc euenit in hac ciuitate Ven-  
net. & dum fui assessor clarissimi d. Federici Raynerio an-  
no 1531. in quodam cadauere illorum de Iulariis, & dum  
etiam essem iudex maleficiorum Tar. sub clarissimo d. Io.  
Raynerio anno 1547. uidi in uilla Vulpagi in cadauere  
cuiusdam, de dicta uilla, & hoc idem accidit in multis lo-  
cis Italiae, pro ut uidi dum fui assessor. q. est norabile signum  
concurrente fama, & inimicitia, seu iactatio imputati.

### REGULA CLXXXV.

1 Scriptura priuata trino teste notata aequiparatur pu-  
blicae. l. scripturas. C. qui poti. in pig. habe. Bal. in l. opo-  
mam. C. de contrah. & commit. stip. Alex. confi. 190. nu. 22.  
17. &